


Lia. I.



IO. ALBERTI BENGELII
TRACTATIO
DE
SINCERITATE
NOVI TESTAMENTI
GRAECI

TVENDA.

CVM ADSPERSIS HIC ILLIC
AB EDITORE
CHRISTIANO BENEDICTO MICHAELIS
ADNOTATIVNCVLIS.

HALAE MAGDEBURGICAE
PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA RENGERIANA.

M D C C L.

ІОАННІСІЯ АБЕРІІ

СТАТСАЯ

83

ІНДІАНИСІЯ

KENPR.FR.
UNIVERS.
ZYHALLE



P R A E F A T I O.



uperiore anno exiit D. Christiani
Benedicti Michaelis, Theologiae
Græcaeque et orientalium lingua-
rum in Academia Fridericiana
Professoris ordinarii, tractatio
critica de variis lectionibus Noui
Testamenti caute colligendis et
dijudicandis: in qua cum de illa-
rum caussis, speciebus fontibusque, tum de caute-
lis, ex quibus dijudicari, et vel adprobari vel re-
probari debeant, agitur, simulque de codicibus,
sive Græcis sive Græco-Latinis, de versionibus
item antiquis, et de Patribus, ex quibus illæ col-
liguntur, multa partim curiosa, partim utilia et
scitu necessaria, noue adferuntur. Non sine cau-
sa in præfatione sperat Ven. Autor, se aliqua ad
banc caussam pertinentia nouiter dixisse aut maio-
re in luce posuisse, ac adeo sacrum textum N. T.
a fal-

P R A E F A T I O.

a falso creditis Variis lectionibus pene innumeris liberauisse. Idem Apparatum meum criticum in toto hocce syntagmate exasciato, et doctis iam valde probato, resipexit, et in eo discutiendo ita se gessit, vt ipsius dissensionis humanitas me delebetaret, grauissima vero, quæ dissensionem longe exsuperat, suffragatio fructum mihi multis partibus maiorem afferret. In mentem mihi venit, lectoribus vtriusque nostrum haud inutile fore, si ea, quæ ad rem magis magisque euoluendam idonea viderentur, expromerem: idque perbreui hacce commentaryone, ipso Ven. D. Michaelis probante, exsequi sum conatus. Collationem hic potius, quam defensionem institutam habeo: nullum nisi humanitatis certamen intercedit. Quod si aliqua ad profectum in huiusmodi scrutinio pertinentia dixisse tuo, beneuole Letor, et vel maxime Ven. Michaelis iudicio videbimur, operæ pretium fecisse existimabimur. *) In monasterio Herbrechingensi, d. IIII. Jul. A. CICCI CC XLIX.

SVM-

*) Venerabilis Auctor raro adnodus inter eruditos exemplo ostendit; etiam dissensum aliorum (si quis contingat) ferri a se posse: idque adeo, vt et hanc ipsam tractationem suam, quam meæ non tam opposuit quam amicissime reddidit, singulari prorsus fiducia mihi, vt typis mandari curarem, transmiserit. Quam indulgentiam vt grato animo excipio, sic et in posterum mihi officiose expeto. Adnotatiunculæ, quas tractationi huic, pro concessâ vel oblata potius libertate, adieci, vt æqui bonique consulantur, rogo.



S V M M A R I V M.

§. 1. Apparatus auctoris criticus versatur in colligendis, ac potius in bibus diuidicandis variis lectionibus N. T.

§. 2. Eadem est ratio discussionis presentis: que in tres sectiones dividitur.

SECTIO I. *§. 3. De VERSIONIBVS ORIENTALIBVS agit Apparatus, distincte, in Introductione:*

§. 4. et in Epilogo.

§. 5. Inde iudicium fieri potest de instituto ipsius Apparatus.

§. 6. Versionis Syriacæ, Copticæ, Armeniæ, Aethiopicæ, Arabicarum, distinctior consideratio: tota res, ubi consideratio minus distincta remanet, periculi expers.

§. 7. Millius qua conditione ad quid ei superadditum.

SECTIO II. *§. 8. De Millio quid prætermissum,*

§. 9. LOCA SIN- GVLARIA illustrata.

SECTIO III. *§. 10. Alexandrinus codex et Latina versio multo plus coniunctim valent, quam separatim.*

§. 11. Semper antiqua est utriusque lectio: ad genuinam non una ratione dicunt.

§. 12. Dissidentibus nonnullis respondetur.

§. 13. Decisio quomodo obtainenda.

§. 14. Conclusio.

A

TRACTA-

TRACTATIO.

§. 1.



ota moles variarum lectionum noui testamenti græci in duo genera distrahitur. Vnum, valde copiosum, est earum, quas nemo approbandas existimat, quem ex incuria & inficitia natæ, primoque protinus adspectu vel absurdæ sint vel nullius momenti; alterum, tenuius multo, earum, quæ speciem certe aliquam habent, & examen postulant. Vtriusque generis lectiones conquisuit præter alios *Io. Millius*; ego, in *Apparatu critico*, alterius magis, sic tamen, ut per summa capita explicarem, quo pacto vnum genus ab altero discernendum esset, utque deinceps notabilioreas lectiones singulatim indicarem.

§. 2.

Simili consilio, ad colligendum videlicet, sed magis ad dijudicandum spectante, adornata est celeberrimi *D. Michaelis Tractatio critica*. Ea tractatio, & Apparatus meus, si inter se conferantur, progressum in asserenda sinceritate Scripturæ N. T. eo magis adiuuerint. Hac spe animatus differam I. de *Versionibus orientalibus* generatim: II. de *singularibus textibus ac rationibus*: III. de momento, quod habeat codex *Alexandrinus* & versio *Latina* coniunctim.

§. 3.

De *VERSIONIBVS ORIENTALIBVS* eruditæ differit *Ven. Michaelis*, quippe quibus maiorem tractationis lumen partem impendit. Ex quo apud me loco sint, explicat Apparatus, ac primum quidem in *Introductione*.

Pag. 408: Immediatam versionem dicere liceat, quæ ex Græcis est facta codicibus: mediatam, versionem versionis, ex alia tantum

tanquam ex matre ortam: mixtam, quæ ex Græcis deducitæ libris, multum tamen ex altera aliqua versione trahit. Immediata est Latina; nemo negat: immediata, si illa alia, Gothica quoque est.

Pag. 409: Coptica versio & Syriaca valde & inter se & cum Latina congruunt: ambae tamen permultis in locis Græcos codices a Latinis desertos ita sequuntur, ut fere pro immediatâ haberi mereantur. Reliquarum, magis anceps & varia est conditio. Tum dixi de Aethiopica, Arabicis, Armena, quomodo in excusis libris se habeant; subiecique: Proprium quiddam singulae potius habent passim & vernaculum: interdum una eorum cum altera vicinitatem colit: plerumque cum Græcis &que ac cum Latinis, vel etiam cum Græcis magis, quam cum Latinis congruunt. Nullum est igitur immodicæ interpolationis indicium: & ubi plures versiones orientales simul cum Latina congruunt, non Latinos, sed Græcos codices sequi censemuntur. Etenim Aethiopica, filia putatur Copticæ: certe ita ei similis est, vt ambae sint unius inslar. Arabicæ (sunt enim plures) ex Aethiopica, ex Coptica, ex Syriaca deductæ feruntur; nec tamen non Græcos codices, parum vetustos, redolent. Armena olim ad Syriacam quoque conformata perhibetur. Persicæ duæ feruntur: altera immediata; altera mediata, e Syriaca. Plures unius lingue versiones, pro una; et Aethiopicam, Arabicam, Armenam, Persicam, siue immediata qualibet, siue mediata, siue mixta est, pro mixta habebimus, minori labore, sine veritatis detrimento. Hæc Apparatus, in Introduktione.

In hac recensione sunt aliqua, in quibus (licet enim) dissentit Ven. Michaelis, præsertim quod ad Syr. Aeth. Arab. attinet. pag. 30. Idemque pag. 42. hac vtitur congerie: Generaim vereor, ne Bengelius Orientales versiones mixtis vel ideo adscriperit, vt quantum bis eo nomine demeret, tantum contra versioni Latinæ (quam cum Codice Alexandrino fere arbitrum genuinæ lectionis Græcae facit;) adiceret valoris ac pretii. Et p. 43 ait: Bengelius, qui vt plurimum parcior, alicubi vero diligentior, quam Millius, in colligendis Orientalium versionibus fuit, vereor, ne et ipse

Latinas interpretationes potius, quam originarios versionum textus, inspexerit.

§. 4.

Hæc declaraturus, repeto etiam ea, quæ Apparatus meus in Epilogo habet.

Pag. 863: *Etiam versiones (a Millio allegatas) omisi, ubi videlicet variante lectioni non magis, quam textui fauere videbantur. Rursum: An plures hinc inde versiones ad supplendum Millium requiruntur? Adiiciat per nos quilibet, quod poterit, hoc nanquam exhauietur, & paucis locis etiamnum opus est.*

Pag. 865: *Nonnullæ versiones versionumve collationes partem duntaxat N. T. habent.*

Pag. 866: *Multa quæ in Millii notis & appendice, quam Kusterus præclaro labore in notas illas retulit, non habentur, habentur in Millii prolegomenis. Itaque ex Millii prolegomenis nonnulla per Kusterum, reliqua per nos in notas quoque relata sunt. Ibidem: Permutas allegationes alias Latini, Gothi, Saxonis Syrique recognoui: in aliis linguis Iac. Cappellum, Lud. De Dieu, De la Haye, Mareschallum, Simonium adhibui; nouissimasque suppetias a M. V. La Croze impeiratas adjeci.*

Pag. 881: *Recte facient, qui versiones non solum pro lectione marginis, sed etiam pro lectione textus notabunt. Ibidem: Maximam vero operæ pretium fuerit, Latini interpres antiquissimi reconditas lectiones pluribus falso codicibus, & versiones abstrusiores, Copticam præserit, accurarius excusisse; ac singuli quidem eruditii homines singulas versiones, circa cæcum erga eas fauorem, quam pulcherrime possent examinare: talesque ego suppetias etiam posthac grato animo accipiam.*

§. 5.

Quod si hæc, quæ Introductio, quæque Epilogus habet, coniungantur, opera meæ ratio ita dispalefcet, ut nemo à me uno, in semotis locis degere solito, nimium postulet, et ut tamen officio, quod hac in parte suscepit, iudicetur esse satisfactum.

§. 6. Fructu

§. 6.

Fructu non carebit vberior quedam explanatio.

1) Non sine discrimine egi de versionum inter se cognatione: considerate adhibui verba, putatur, feruntur, perhibetur etc. Possem ergo fidem præstandam relinquere iis, quorum sententiam retuli, quum mihi melius nihil certiusue suppetreret. Addam tamen aliqua, quum ad collationem textuum, cuius firma sunt specimina apud D. Michaelis, accedere expedit inuestigatam ex veterum testimonii HISTORIAM versionum.

2) Syriacam versionem primis ecclesiæ Christianæ temporibus totam ex Græcis codicibus, iisque perquam sinceris, manavisse, credo. Scribit Millius: *In eam olim propendebam opinionem, translationes, que cum Syriaca quibusdam in lecti- nibus confirabant, expressas aut saltē castigatas fuisse ex Italica vetere, sed nihil usquam inanius erat hoc somnio.* Proleg. §. 1520. Syriaca verso, inquit D. Michaelis pag. 30, antiquitate nihil vel parum cedit Latinorum Vulgatae. Vtrique assentior. Neque aliter existimo de primo versionis Copticæ ex Græcis codicibus ortu.

3) Postmodum apud Syros Coptosque vel nouæ versiones sunt adornatae, vel antiquæ & nouæ eclectica methodo temperatae. Recte Andreas Müllerus Greiffenbachius in Dissertatione de Versionibus Syriacis scribit: *Vix aliquam antiquarum versionum integrum obtinere dabitur. Damus sane, antiquissimis temporibus noui Testamenti Syriace lectos esse sacros libros, sed nostros eos esse, in quos e g. Iacobus Syrus Nisibensis & Ephrem commentati sunt, vti Præfatio operis Paris. habet; vel eos, quos Græci Latinique Patres citant, equidem non ausim affirmare, vti Walton. facit, diss. p. 67 fin. a)* Deinde: *Similiter & Noui Testamenti*

non

a) Atqui versionem Syriacam librorum N. Testamenti, primum a Widmanstadio typis expressam, deinde vero a pluribus editoribus recusam, qua hodienum vtimur, eandem esse cum illa, qua Ephræm Syrus iam

A 3

olim

non vna fuerit editio. Vel, si vna fuit, quedam tamen aliter ab aliis

olim est usus, liquebit ex collatione dictorum N. Testamenti, quæ in Operibus suis Syriace scriptis S. Pater citauit. Prodierunt S. Ephraemi Syri Opera quæ extant Graece, Syriace, Latine, in VI tomos distributa, e bibliotheca Vaticana, in quibus Syriacum textum recensuit Petrus Benedictus, notis vocalibus animauit, latine vertit, & variorum scholiis locupletauit: Roma 1737. sqq. in fol. Horum igitur Operum Tomo I. occurruunt loca N. T. Syriace ab Ephraemo allegata plurima; eaque prorsus cum textu Syriacæ versionis, vi in nostris est editionibus, conuenientia: vt 1) p. 18. Ioh. I, 3. 2) p. 37. Ioh. XIII, 16. 3) p. 137. Col. III, 5. 4) p. 189. Gal. I, 1. 5) p. 221. Matth. XXII, 40. 6) p. 313. Eph. II, 19. 7) p. 318. 1 Tim. VI, 6. 8) p. 357. Matth. III, 17. 9) ibid. Luc. I, 78. 10) p. 359. Gal. III, 13. 11) p. 393. 1 Tim. IV, 8. 12) p. 413. Rom. VIII, 26. 27. 13) p. 435. Luc. X, 24. 14) p. 440. Matth. XX, 28. cet. Aut si quæ ab editionibus nostris differre videntur, tamen non ultra differunt, quam in accidentalibus, hoc est, eo modo, quo & impressa versionis Syriacæ editiones heic illic variant: v. g. 1) p. 18 Col. I, 16. Ephraemus, ﻪـ ﻢـ ﻰـ ﻮـ ﻪـ ﻢـ ﻰـ ﻮـ, quidquid in celis, & quidquid in terra est: at nostræ editiones, ﻪـ ﻢـ ﻰـ ﻮـ ﻪـ ﻢـ ﻰـ ﻮـ, omnia quæ in celo & in terra sunt; 2) ibid. & eodem ex loco Ephraemus, ﻪـ ﻢـ ﻰـ ﻮـ ﻪـ ﻢـ ﻰـ ﻮـ, omnia quæ videntur, & omnia quæ non videntur, pressius ad textum Graecum; at edit. ﻪـ ﻢـ ﻰـ ﻮـ ﻪـ ﻢـ ﻰـ ﻮـ, omne quod videtur, & omne quod non videtur, singulariter; 3) p. 331. 1 Pet. I, 11. Ephraem, ﻪـ ﻢـ ﻰـ ﻮـ ﻪـ ﻢـ ﻰـ ﻮـ, passiones Christi quæ futurae essent, rectius quam edit. ﻪـ ﻢـ ﻰـ ﻮـ ﻪـ ﻢـ ﻰـ ﻮـ, quod futurae essent passiones Christi; 4) p. 354. 2 Cor. VII, 2. Ephrem, ﻪـ ﻢـ ﻰـ ﻮـ capite nos, rectius quam edit. ﻪـ ﻢـ ﻰـ ﻮـ, sustinete nos, fratres mei; 5) p. 359. 2 Cor. V, 21. Ephraem, ﻪـ ﻢـ ﻰـ ﻮـ pro nobis, rectius quam edit.

*alii lecta sunt. pag. 27. 28. Exempla ex Iohanne et ex Actis
Apostolorum & ex Epistola ad Hebreos subiungit. b) Histo-
riam*

edit. propter vos; 6) p.371. A.d. V.41. Ephræm, adfligi propter nomen eius, melius quam edit. 7) propter nomen adfligi; 7) p. 406. A.d. VII.52. Ephræm, persecuti sunt patres vestri & interfec-
runt, pressius quam edit. persecuti sunt patres vestri, posterioribus vocibus transpositis;
8) p. 438. Luc. I. 75. Ephræm, in rectitudine & in iustitia, edit. in rectitudine, omissa vobis posteriore. Siue igitur hec, siue illa exempla spectes, adparebit, posse quidem impressas Syriaca N. Testamenti versionis editiones heic illic ex operibus Syriacis Ephræmi emendari; & tamen versionem illam Syriacam, qua Ephramus iam sua aetate vsus fuit, cum illa in nostris editionibus in substantia vnam esse, nec magis differre inuicem, quam differunt diversæ editiones versionis vernaculae Lutheranæ, aut MSta exemplaria versionis Latinae vulgata ab impressis. Rem omnem, puto conficit Io. Simon Assemanus, gente Syrus Maronita, Bibliotheca Orientalis, quæ Roma A. 1719. IV. Voluminibus in fol. prodijit, Tomo III. Parte I. p. 61. Iam si reputemus, Ephræmum Syrum florere coepisse sub Constantino Imperatore A. C. 338. mortuumque fuisse A. C. 372. quorum illud Baronius in Annalibus sub isto & sequentibus annis, hoc vero Io. Simon Assemanus, Tomo I. Bibliotheca Orientalis p. 25. demonstrauit: adparebit, eam N. Testimenti versionem Syriacam, quam, saltem in plerosque N. T. libros, vetustissimis temporibus pro canoniciis agnitos, habemus, antiquitate & pretio nihil cedere Latinae Vulgatae.

b) Vlro conceditur, versionem N. T. Syriacam non vnius eiusdemque esse auctoris, nec eodem tempore factam. Posterioris autem & auctoris est illa, quam in IV. Epistolas, alteram Petri, alteramque & tertiam Ioannis, & vnicam Iudee, ex Msto primus edidit Eduard. Pokokius, & quam in Apocalypsin Ioanneam produxit Lud. de Dieu, quarum tum hæc tum illa

riam sacræ Syrorum literaturæ illustrat Thomæ de Charkel (qui Mesopotamiæ pagus erat) relatio in codice IV Evangelistarum

illa fuerat omissa in Simplice; hoc est, in antiquissima Syrorum versione; indeque et omissa in prima omnium editione N. Test. Syriaci, quam Widmanstadii cura debemus. Eiusdem quoque commatis est versio Syriaca in Epistolam ad Ebraeos. Nec mirum, cum isti libri ab Orientali ecclesia serius, quam ab Occidentali, in canonem sacrum recepti fuerint. Hinc factum, ut differat versio Syriaca in libris, de quorum canonica auctoritate nullus vñquam fuit scrupulus, & in illis contra libris, de quorum auctoritate canonica initio dubitatum fuit. Illa generatim multo adstrictior est textui originali Græco, hec laxior liberiorque: illic item τὸ χαίρειν saluere, redditur ﴿ Pax, heic بَشِّرْتُكُمْ Pax, gaude; illic αἰδος, aeterna, heic incognita; illic ὁ Αὐτίχειος, ﴿ مَنْدَبْتُكُمْ Christus mendax, heic seruata voce Græca ﴿ أَدْمَغْتُكُمْ Antichristus; illic ἡ κυριακὴ ἡμέρα, ﴿ سُكْرِيْتُكُمْ dies Domini nostri, heic ﴿ سُكْرِيْتُكُمْ سُكْرِيْس dies dominicus; illic μετανοεῖν & μετάνοια, ﴿ مَنْتَهِيْتُكُمْ conuersti & ﴿ مَنْتَهِيْتُكُمْ conuersio, heic مَنْتَهِيْتُكُمْ resipiscere; illic φωτισθῆναι illuminatum esse, heic baptisnum suscepisse; illic μαρτύριο, ﴿ مَارْتَهِيْلَكْ beatitudines illorum, heic مَارْتَهِيْلَكْ beati; illic Διάβολος, ﴿ مَنْجَلْدَكْ Accusator, vel مَنْجَلْدَكْ Satanus, heic (in Apocalypsi) مَنْجَلْدَكْ impostor, vel (vt Castellus exposuit) susurro; illic ὁ Πέτρος, ﴿ سَيْفَهُ Cephas, heic مَنْجَلْدَكْ Petrus; illic ὁ ἀρτος τῆς προθέσεως, ﴿ سَيْفَهُ سَيْفَهُ panis mensæ Domini, heic مَنْجَلْدَكْ بَيْنَ بَيْنَ panis facie; illic ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, ﴿ سَيْفَهُ سَيْفَهُ bine & illinc: Eadem vero opera, qua ostendi, versionem Syriacam in epistolas ad Ebraeos, alteram Petri, posteriores Ioanneas, Iudeique, & Apocalypsin, nouiorem & alias auctoris

rum Syriaco, quem sua is manu descripsit. Collatus est, inquit, Codex iste cum duobus codicibus authenticis. Conuersus est autem liber iste quatuor sanctorum Euangelistarum ex lingua Græca in Syriacam perexacte & magno cum labore; primum quidem in urbe Mabug in diebus domini mei Philoxeni episcopi eiusdem urbis. Collatus est posthac magna cum diligentia a me Thoma paupere cum tribus codicibus Græcis probatis & authenticis in Antoni Alexandræ magnæ ciuitatis, sancti Monasterii Antonii, ubi etiam illum scripsi mihi ad utilitatem animæ meæ peccatricis, & plurimorum eorum, qui diligunt & querunt sinceritatem & authenticiam illam vitalem diuinorum librorum scire et servare. Scriptus est autem et col-

auctoris esse, quam in reliquos N. T. libros, simul confit, eam quæ nobis in reliquos N. T. libros superest, versionem Syriacam, esse antiquissimam, hoc est, illo iam tempore factam, quo canonica prædictarum Epistolarum & Apocalypses auctoritas apud Orientales ecclesiás adhuc dubia erat: quia illa Ephraemo non solum coœua, sed etiam superior, et sibi ipsi vbique similis est. Suspicionem quidem contra obmouit Pet. Kirstenius in Notis suis ad Euangeliū Matthei ad Matth. XXIV, 12. vbi cum obseruauisset, metaphrasten Arabicum illud Ψυγήστην reddidisse لُّجْنَى diminuetur, in margine vero antiqui MSti exemplaris versionis Arabicæ, quod bibliotheca Cæsarea Vindobonensis seruat, loco eius idem verbum ab Syro expositum fuisse لُّجْنَى frigescet, Ex hoc loco, inquit, præter alia clare patet, Syriacum textum, cuius varias lectiones ad MStum Arabicum adnotarunt Arabes, alium fuisse, quam sunt impressi. Hi enim, ceu diximus, conueniunt cum Arabicis hoc in loco: sed ille, vt nota ad marginem MSti probat, legit cum Græcis لُّجْنَى, id est, frigescet. Nempe Syrus in nostris editionibus id reddidit لُّجْنَى, quod Kirstenio idem significare visum fuit, ac Arab. لُّجْنَى diminuetur: sed falsus vir bonus, fallit lectors suos; cum utique Syr. لُّجْنَى non diminui, sed Ψυγήστην refrigerescere notet, v. g. in versione Syr. V. T. Cant. II, 17. c. IV, 6.

B

c) Lau-

collatus in predicto loco anno 927 Alexandri (h. e. Christi 617.) Exstat relatio in lo. Lami libro de eruditione apostolorum p. 300. Floruit Philoxenus siue Xenias circ. A. 500. c) Multo autem recentiorem Syriacam hodie visitatam nonnulli existimant.

- c) Laudat quoque *Io. Sim. Assemanus* Bibliotheca Orientalis Tomo II. p. 23. *Versiōnē Syriacā sacrōrum Euangeliorū*, quam e Græco edidit *Xenias Magubensis*, seu ut alias vocatur, *Philoxenus Hieropolitanus*, (hunc autem anno post C. N. 485. episcopum Hieropolis fāsum esse. *Assemanus* ibid. p. 13. 14. probarat) idque itidem teste *Thoma Heracleensis* (de Charkel); vt pote qui in nota ad calcem codicis Euangeliorum, exarati anno Græcorum 927. h. e. post C. N. 616 extantis que in bibliotheca Angelica S. Augustini de Vrbe, ex Assemani interpretatione Latina, de Versione ista sic scripsierit: *Translatus fuit liber hic IV. Euangeliarum primum quidem in Mabugo diēbus religiosissimi Mar Philoxeni confessoris, eiusdem vrbis episcopi.* De tempore autem fāce huius versionis idem *Assemanus* allegat subscriptionem in calce codicis MS. bibliothecæ regiae Parisiensis Syriaci membranacei, continens Euangeliā IV. elegantissime scripta anno Alexandri 1503, Christi 1192. in qua apud Renaudotium Tomo II. Liturg. Orient. p. 389. ita legitur: *Hic est liber IV. Euangeliorum sanctorum, qui translatus est ex Græca lingua in Syriacam studiō exactissimo maximoque labore, primo quidem in vrbe Mabug sive Hieropoli anno 89. Alexandri Macedonis, (hoc est, Christi 508.) tempore S. Philoxeni, confessoris & episcopi eiusdem ciuitatis.* Allegat item *Assemanus* auctorem ḥ̄v̄w̄v̄w̄ Iacobitam, qui in Professione fidei, MSto codice Arabico bibliothecæ Maronitarum de vrbe f. 414. de hac Philoxeni versione scripsierit: *Philoxenus Magubensis, qui Euangelium in Syriacam linguam conuerit. Eius versione vtuntur, quotquot Euangelium Syriace legunt: Melchitæ, inquam, Iacobitæ, Nestoriani, & Maronite.* Nos vero Syri habemus editionem Heracleensem, a *Thoma Heracleensi* elaboratam. Quibus tamen verbis hæcce *Assemanus* subdit: *Mentitur Iacobita: nam quæ vor laudatæ nationes non Philoxeniana versione, sed ea, quam ḥ̄v̄w̄v̄w̄ simplicem appellant, queque ab Apostolorum temporibus in ecclesia Syriaca publicata est, vtuntur: solum Iacobitæ editam primum a Philoxeno, deinde ab Heracleensi correctam versionem in ecclesia legunt.* Adparet igitur, antiquam

stimant. d) *Copticam versionem in confinio seculi II & III* confeclam censem editor N. T. Coptici David Wilkins: sed oppido fre-

tiquam satis esse versionem Syriacam a Thoma Heracleensi reformatam anno post C. N. 616. antiquorem vero Philoxenianam, utpote factam anno post C. N. 508. sed antiquissimam eam, quæ simplex adpellatur, utpote Ephremo Syro iam visurpatam, & Apostolica tempora quam proxime attingentem, hoc est, eam qua hodienum in impressis vtimur editionibus.

d) Contrarium, puto, elucebit, cum ex collatione illa versionis Syriacæ, qua in editionibus hodienum vtimur, cum dictis N. Testamenti ab Ephremo Syro allegatis, quam institui adnotatione b), tum ex narratione *Affemani*, quam proxime antegressa adnotatione c) dedi. Confirmatus quod dixi ex eo, quod idem *Affemanus* in Indice codicum MStorum Syriacorum, quem Bibliotheca fux orientali eiusque Tomo I. subiunxit, p. 486. adulit adnotationem Amanuensis ad calcem codicis Euangeliorum ab Achæo descripti, his verbis conceptam: *De quodam peruetuſo Euangeliō, quod exſtabat in ſacra ecclēſia adiūm Romāorū in vibe Bagdado.* Erat quoddam Euangeliū Edeſſenum, (hoc est, Syriacum Edessa exaratum) peruetuſum quidem, ſed clarum ac dilucidum, ex quo ne Iota quidem unum deletum fuerat; legebatur autem clarius, quam libri recens exarati, & vnuſ duntaxat prior quintoſo præ antiquitate ex eo excederat. Ad eius vero calcem ita ſcriptum erat: *Absoluteſt ſanctus iſte liber feria quinta, die 18. Canun prioris* (hoc est, Decembriſ) *anno Græcorum 389.* (Christi 78.) *propria manu Achæi Apoſtoli, ſocii Mar Marœi, diſcipuli Mar Adei Apoſtoli, cuius oratio nobiscum fit! Amen.* Omnino probabile eſt, ecclēſiam Syriacam, in qua vel nomen Christianorum primum auditum A.D. XI. 26. & ex qua euangeliū Christi quaquauersum propagatum fuit, Euangelistarum & Apoſtolorum ſcripta, quorum canonica auctoritas extra controuersiam fuit, in ligiam ſuam conuersa iam a primordiis ſuis habuiffe: & hunc theſaurum nobis feruari in ſimplice illa plerorumque librorum N. T. versione, quæ hodienum nobis ſupereſt, cui tamen, vt ſatis antiqua, gradu atatis cedit Philoxeniana in epiftolas ad Ebræos, alteram Petri, posteriores Ioannis, Iudæque & S. Apoſtolyſi.

frequentes sunt Copticæ lectionis varietates. Atque hic iam deficiunt orientales ex versiones, quas sine dubio ex Græcis vnicæ codicibus deductas affirmemus.

4) Armena facta est circ. A. 410. *Res nota eſt*, inquit Gregorius scholiaſtes Syrus Pl. XV, *Armenios, quamuis e Græco tranſulerint, tamen cum Syriaco poſtea exemplar contuliffe ſuum, & illud ſingulis in locis concordans feciſſe*, vid. Walton. Proleg. XIII. Etenim Armenii Athenas, Byzantium, Edeſsam & Alexandria dociles iuuenes, qui multum profecerunt. Eo in numero erant Moyses & Dauid. Hi Scripturam sacram aliosque libros ex Græca & Syriaca lingua in Haicanam, ſive Armenam antiquam, tranſulerunt. Docet hoc Io. Ioachimus Schröderus in Thesauro linguae Armenæ, in Difſert. pag. 34. Multis poſt ſeculis ad Latinam quoque versionem *Armena* eſt reuocata, vt ostenditur in Apparatu, pag. 760. Quod ſi Vſcanus, Bibliorum Armenorum editor, Latinæ versioni, vt nonnulli ſuſpicantur, interdum eſt obſecutus; ſi vero etiam ipta Latina verſio in Armenam linguam A. 1316 traſlata eſt, vti quidam apud Iacobum le Long perhibent: quis Armenam versionem ſeculi V a citerioribus lectionibus internofſet? Quis porro ſpondebit, Maronitas ſedi Romanæ expeditionum cruciatarum tempore ſubiectos nihil in Syriacos codices, Armeniorum exemplo, ex Latinis traduxiſſe? e)

5) *Aethio-*

e) Hanc fuſpicionem non puto admittendam eſſe. Nam primo Maronitæ, vt ut ſedi Romanæ expeditionum cruciatarum tempore ſubieci, tamen vt versionem ſuam Latinæ conformatrent, vix vnuquam a clero Romano compulsi ſunt, aut compelli potuerunt; cum & lingua illorum Romanenib[us] pro temporum illorū ruditate eſſet ignora, & verſio ipta Syriaca ante inuentam typographiam non typis, multoq[ue] minus Romæ, (quod Armenæ & Arabice versioni contigit,) deſcripta, ſed manu, nec niſi ab Syris iſpis, idque in patria regione exarata fue-rit. Deinde Maronitæ particulam tantummodo ecclesiæ Syriacæ, non vero totam confecerunt. Diffusa hæc fuit per omnem non modo Syriam,

5) *Aethiopicam* versionem ex Coptica Eusebius Renaudotius, alii ex Syriaca repeterunt. Romana editio partim ex MS.

riam, sed etiam Mesopotamiam, Persiamque, ad Indiam usque, quo cruciatæ expeditiones nunquam penetrarunt. Igitur si vel maxime Maronitæ versionem suam ad Latinam castigauissent, (quod tamen ab illis non est factum;) putabimusne, reliquos Syros omnes in gratiam sedis Romanæ idem facturos fuisse? Voluisserne aut portuissent & Persa & Arabes, illi versionem Perficam IV. Euangeliorum, quæ Polyglottis Anglicanis inserta est, hi vero Arabicam in Actus Epistolasque Apostolorum, quam Erpenius edidit, quarum tum hæc tum illæ ex Syriaca deducuntur sunt, ad castigatam illam interpolatamque reformatæ? Tum vero mirum foret, cur Syri, si quidem Romanensibus placere voluisserent, in versione sua, quam Simplicem vocant, minoris momenti lectiones mutauissent, non vero æque & quam maxime restituissent pericopam illam de muliere peccatrice Ioh. VII, 53, usque ad c. VIII, ii, dictumque illud de tribus cælestibus testibus ioh. V, 7. Atqui de piore loco Angli ipsi in Polyglottis notarunt: *Tota hæc peri-cope sequens, in omnibus exemplaribus Syriacis adhuc editis* (ipsiis illis, quæ Viennæ Austriae Widmanstadii cura, Antwerpia per Guid. Fabricium a. 1567. a Plantino item a. 1575. & in Opere Regio Hisp. a. 1620. Parisiisque a. 1584. in 4to, & in Opere Heptaglotto Guid. Mich. le Lay a. 1645. prodierunt, locis & editoribus Romanensibus) deest: *quam ex instructissima reverendissimi præfusil Is. Vfferl, archiepisc. Armachani, bibliotheca depromtam exhibemus.* Quin iudicemus Angli ex illo ipso Vfferl codice eiusque margine notam præmiserunt: **၁၇၂၃** ၁၇၂၄ ၁၇၂၅
၁၇၂၆ ၁၇၂၇ ၁၇၂၈ ၁၇၂၉ Lectione quæ est de illa muliere peccatrice, quæ lectione non est in Simplici, id est, in antiquissima versione N. T. Syriaca. Quod vero ad alterum locorum ioh. V, 7. dictum illud non ab Syris ipsis, multoque minus a Maronitis, in gratiam Romanensem, sed a Tremellio primum Syriace versum notis suis, deinde vero a Gubtierio & Schaafo ipsi textui Syriaco illatum est: adeo de cetero sinceritatè versionis Syriacæ, eiusque simplicis, prædicium facit omnino nullum.

B 3

t) Aethio-

MS. Aethiopico Græcis congruente, partim, quum id Acta Apostolorum mutilata haberet, ex Latinis est deriuata. f)

6) Arabicas editiones sex commemorat Ven. Michaelis; in his duas Romanas, quarum antiquiorem cum Mareschallo non *semel* citaui in Apparatu. Ad duas eæ sex a D. Michaelis reuocantur, ita quidem, vt vnam censeat in editione Romana, in Heptaglottis Parisiensibus, in Polyglottis Londinenibus, ex Græcis fluxisse; & in Erpeniana editione Arabicæ versionis (quæ A. 1271, non 1171, g) descripta est, & in clausula codicis manuscripti & mensem & episcopum a *Cophitis* habet, Euangelistas item ex Græcis, Acta & Epistolas ex Syriacis, Apocalypsin fortasse ex Copticis. Et Arabes quidem interpretes, Græca non curantes aut nescientes, sequebantur Syros aut Coptos, h) sicut Protestantium complures ex Germanica potius

f) Aethiopicam N. T. versionem neque ex Coptica, vt vult Renaudotius, neque ex Syriaca, quod visum est aliis, sed (sola si excipias Acta Apostolorum, ob mutilatum exemplar Aethiopicum ex Latina versione heic illuc suppleta) ex originali textu Græco deductam esse, non solum in Romana editione, verum etiam in Polyglottis Anglicanis; videor mihi euincisse in Tractatione critica §. 24 - 26. plura forte daturus in p̄fatione ad Cl. M. Christ. Aug. Bodii versionem Aethiopicam Euangelii Matthæi collatam cum textu Græco, quæ propediem prodibit.

g) Secutus fueram computum Briani Waltoni in Prolegom. XIV. p. 97. sed agnoscō errorem calculi, in quem ille me abduxit, & cum Ven. Bengelio pro A. C. 1171. repono A. C. 1271. nisi malit quis A. C. 1273. secundum ea, quæ Petavius tradidit lib. XI. de Doctrina temporum c. 31 - 34.

h) Si illud, Græca non curantes aut nescientes, restrixiſ ſeu determinatiſ capiatur, & fermo ſit de Interpretum Arabicorum aliquibus tantum, v. g. de Erpeniano, qui Acta & Epistolæ Apostolorum ex Syriaco, Apocalypsin vero ex Coptico textu vertit, nihil habeo quod reponam; vt pote quod in Tractatione critica §. 74. perſpicuis argumentis demonstrauit; ſin. illud, Græca non curantes aut nescientes, cauſam

tius versione Lutheri, quam ex fonte Hebræo & Græco libros sacros transtulere. Romanam Arabicæ editionem quibusdam in locis ad *Vulgatum* conformatam facile cognosci, ait Rich. Simonius: exempla autem affert Casaubonus in Exx. ad Baron. p. 242. 279. & Ludouicus De Dieu ad Ioh. V. 2. i) Multitudinem

caussam dicat, ob quam Arabes interpretes, iisque in vniuersum omnes, Syrōs Coptosue securi fuerint, euidentem dissentio, cum in Tracl. crit. §. 29. euicerim, Arabicam N. T. versionem ex editionibus prima Romana, Parisina & Anglicana, ipsamque Erpenianam in IV. Euangelia, ex fonte Græco deducitam esse, indeque §. 31. ostenderim, in colligendis variis lectionibus inuicem distingui debuisse diueratas versiones Arabicas; pluresque vnius linguae versiones non pro una, sed pro diuersis censeri; nec illas coniunctim simplicis, sed vnam quamque seorsim, ac adeo gemini terniū suffragii ius habere.

- i) Cum versionis Arabicæ editio Romana gemina sit, vna a. 1591. seu, quod idem est, 1619. altera vero a. 1671 vellem, Ven. Bengelius locum adposuisse, vbi Simonius scriperit, Romanam Arabicæ versionis editionem quibusdam in locis ad *Vulgatum* conformatam fuisse; ut, num Simonio de priore, an de posteriore editione sermo sit, dūpici posset. Equidem de posteriore Simonium ista dixisse suspicor, idque ex loco, quem ex eius Hist. crit. N. T. p. 215. in Traclatione mea crit. §. 27. adduxi: hanc vero posteriorem edit. Romanam nullibi pro Variis lectionibus inde colligendis commendaui, immo l. c. diserte improbaui. Quodsi vel maxime sumamus, priorem editionem Rom. ab Simonio notatam esse, queritur tamen, quibus exemplis accusatio stabiliri possit? Ven. Bengelius prouocat ad *Casaubonum* in Exercitatt. ad Baron. p. 242. & 279 qui exempla attulerit: hunc vero euoluens ex edit. Geneu. a. 1654. nihil omnino exemplorum ab illo adlatum reperio. Prout at item ad *Lud. de Dieu*, qui in Comm. ad Ioh. V. 2. obseruat, pro Bñðezdā in Romana versionis Arabicæ editione legi *Bethsaida*, procul dubio (sic ait) in gratiam *Vulgati*. Verum hocce exemplum primo est solitarium, alis iisque similibus nullis stipatum ab auctore. Ponamus suspicionem circa hoc vnicum exemplum esse fundatam, indene tuto argumentabimur, etiam pluribus in locis id attentatum fuisse? An concideret inde suffragii ius pro variis lectionibus ex Arabicæ versione

nem versionum Arabicarum ex Græco, ac potius ex Syriaco & Coptico post sermonem Arabicum per Saracenos diffusum, demonstrat *Iacobus Le Long*, qui pleraque omnia ad versiones orientales earumque inter se cognationem pertinentia conges- fit, & hanc obseruationem perutilem a Renaudotio ad ipsum scriptram exhibuit: *Versiones huiusmodi, quæ totam Scripturam continent, non sunt ab eadem manu, sed collectæ a librariis, qui diuersas sepe coniunxerunt, & valde inter polarunt.* k)

7) Coptice & Arabicæ versionis cognationem in Apocalypsi recte probat D. Michaelis p. 39 ex eo, quod hæc illam proprie referat. Sic vero etiam conueniunt *Luc. XI.* i. vbi pro ἐν τῷ τινὶ τινὶ utraque habet ἐν ἑρμηνείᾳ τοπῳ. Parique ratione aliarum versionum cognatio perspicitur.

Syr.

versione colligendis? Quid vero sic futurum esset de auctoritate codicis Alexandrini, cuius cum Vulgata versione consensum Ven. *Bengelius* arbitrum & normam verarum lectionum fecit? Eum enim non semel versioni Latinæ studiose conformatum esse, in Tract, mea crit. §. 100. ostendi. Casu potius, quam consilio, fieri potuit, vt editores Romani *Bethsaida* pro *Bethesda*, notius pro ignotiore, reposuerint, cum forte MSto exemplari vterentur, in quo nomen illud minus dilucide erat exaratum. Immo quid prohibet, deriuare nomen hoc deformatum in ipsum textum Græcum, unde verterat Arabs, cum sint MSti libri, & ex metaphrasis Coptus & Aeth. itemque Græcus tractator *Theophylactus*, qui eandem nomini formam dederunt?

k) Ipse *Le Long* si inspiciatur Biblioth. S Tomo I. p. iii. loquitur ibi *Renaudotius* de versionibus Arabicis totius Scripturae non in toto ambitu suo, quatenus ipsum quoque N. Testamentum complectitur, sed determinatiore significatu de tota Scriptura V. Testamenti: id quod ex antecedentibus patet, vbi in Alexandrina ecclesia ait legi LXX interpretes, & priuatim Arabicam secundum eosdem factam, in Antiochena vero versionem Syriacam. & priuatim Arabicam, quæ ad eam atque ad Ebraicum textum, ex quo facta sit, magis accedat. Igitur ad versiones Arabicas N. T. trahi non debent *Renaudotii* verba.

l) Dispi-

Syr. Armen. Matth. 28, 18. fin. addunt, καθὼς ἀπέσαλκε με
δὲ πατήσ, πάγῳ πέμπω ὑμᾶς. *Luc.* 23, 15. ὑμᾶς πρὸς ἀντὸν] ἀντὸν
πρὸς ἀντὸν.

Syr. Aeth. Exempla ex Matthæo dat Michaelis p. 12, 15.

Syr. Arab. Idem, p. 10.

Copt. Armen. *Luc.* 5, 17. κώμης. v. 39. ἐυθέως. *Gal.* 4, 7.
διὰ Χριστοῦ. Omittunt his locis ambæ.

Copt. Aeth. *Marc.* 7, 15. εἰς ἀντὸν] εἰς τὸ σέμα.

Aeth. Arab. *Luc.* 5, 28. ἀναστὰς omittunt. Add. Appar. p. 784.

Denique magna coniunctio versionum est *Luc.* 24. vbi
versui 36. *Syr. Lat. Copt. Aeth. Arm. Arab. Pers.* addunt, ἐγώ εἰμι,
μὴ φοβεῖσθε. Et versui 43. *Lat. Copt. Aeth. Arab.* nec non *Armen.*
annectunt, νοῦ τοῦ ἐπιλογῆς απέδωκεν ἀντοῖς.

Plura comportare hoc loco non est necesse. *Mixtura*
versionum, vt hodie in manuscriptis & in excusis libris sese
habent, satis perspicitur. 1)

8) Vtrum similitudo maior inter eas, an dissimilitudo in-
tercedat, non facile constitueris: ac *similitudo* modo declarata
tantam subinde propinquitatem indicat, vt duarum versionum
altera mater, altera filia, (sic loqui liceat,) vel ambæ forores,
vel saltem cognatæ esse videantur; neque *dissimilitudo* duarum
versionum, in locis quamlibet multis, eiusmodi cognitionem
refutat. Nam interpolationes vtrius fortasse citra alteram
acciderunt, aut una aliqua versio in alia aliaque parte N. T.

aut

- 1) Dispiciendum ante omnia, sitne versio aliqua ex originali textu Græ-
co, an ex alia versione deducta: si posterius; cognatio ambarum
versionum, hoc est, matris & filiæ, est manifesta, aut vbi ambæ dif-
ferunt, collatio vtriusque, tum secum inuicem tum cum textu Græco,
diuersitatis cauſam vel in vna vel in altera residentem haud difficulter
vt plurimum detegit: sin vero prius; ordinarie quidem, & nisi con-
trarium valide probari queat, præsumitur, cognitionem vnius cum
altera repertendam esse ex similibus codicibus Græcis, aut ex locis pa-
rallelis potius, quam ex mixtura vnius versionis cum altera.

C

m) Argu-

aut Græcum textum, aut Syriacum aut Copticum est secuta. Nos confusione non facimus, sed pridem obortam confusione circumspete notamus, quum dicimus, agre inter nosci saepe numero, quid interpretum quisque ex Græco fonte hauserit, quid ex versione quapiam trahat.

9) Ad summam, si quis statueret, *orientales versiones*, quarum saepe plures inter se contra lectionem Græcam hodie in manuscriptis & editionibus remanentem conspirant, primis ætatis ecclesiæ, seorsum a se inuicem *ex diversis Græcis codicibus totas esse* deducetas, & sine interpolatione ad hodiernum vsque diem propagatas, vnamque Pericarum tantummodo, vnam Arabicarum pro mediatis haberet: is lectionem N. T. *primis mox temporibus in multis codicibus Græcis sua sinceritate orbam fuisse*, necessario agnoscere cogeretur. Id quod *integratori Scripturæ sacrae* vehementer officeret. m)

10) Nulla adhuc quidem præcepta generalia de orientalibus versionibus, quod ad testimonia earum inuicem ponderanda pertinet, confici possunt: quolibet tantummodo singulariter loco dispiciendum est, quam vim aut singulæ aut binæ habeant etc.

11) Quisquis autem vel totam versionem quamcunque, vel partem eius, ex Græco vnicore fonte manauisse, posthac demonstrauerit, ei gratia erit habenda.

12) Iam huc multa confert Ven. *Michaelis*: nec me pœnitet, complures versiones orientales, quasi *mixtas*, rudiore, neque tamen inconsulto impetu, in vnam massam confusam
con-

m) Argumentum ab inuidia ductum, quod dispuli in Tract. crit. §. 1. & 2.
Enim vero si versio Latina primis iam saeculis scribarum errore heic illic variari potuit, de qua suo tempore Hieronymus Praef. in IV. Euangelia, *Si Latinis exemplaribus, inquietabat, fides est adhibenda, respondeat, quibus: tot enim sunt exemplaria pene, quot codices.* quidni & in ipsos Græcos codices potuerint irrepere, indeque in versiones transfundit aliquæ lectionum varietates, salua textus sinceritate?

n) Ven.

conieciisse. Feci id equidem, quo minus erroris in ipsas varietatum Græcarum decisiones irreperet; (quod me certe consecutum esse intelligo, quam tota tractatio a D. Michaelis cinnata ne de vnius quidem varietatis maiori aut minori pondere sententiam mutauit meam:) nunc altera accedit utilitas, quod viro huic polyglotto causam dedi, negotii, ut publico eius munere dignum est, ulterius in sua exquisita tractatione euoluendi. Atque vtinam, quemadmodum Syriacam versionem seorsum excusfit lo. Guil Reusch, sic singulæ versiones orientales, id quod in Epilogo Apparatus supra citato optauit, a singularis hominibus eruditis ita excuterentur, ut (ex desiderio D. Michaelis p. 28. scite expresso,) *vbi una tantum aut altera versionum testis variae lectionis citatur, reliquas putas pro lectione recepta stare, secundum illud, Qui tacet, consentire videtur.* Cartim præclara multa repræsentavit tractatio eius, innumera- rum varietatum per causas suas ostensa inanitate: sed ad eam demonstrationem *leuioris momenti* discrepantiae præ ceteris accommodatæ reperiuntur. Vtinam idem a synthesi ad analysis progrediens perpetuam aliquam textuum collationem exhiberet. Me quidem magnopere iuuaret, lectionibus Millii, vel mei apparatus, vel marginis certe mei, varietatem, ut arbitror, *momentosiorum complexi, versionum suffragia, ipsa quoque in exemplaribus multum diuersa, & pro textu & pro varietatibus, adiecta videre, ut, quicquid erratum haec tenus & prætermissum sit, nunc demum correctum & suppletum esse constaret.* Sane quo magis Cel. Michaelis, siue Pater in Fridericiana Academia, siue Filius in Georgia Augusta, quo magis etiam alii literati, versionibus orientalibus *mixturae notam abstergent, eo melius de sacris literis, me in antecessum applaudente, merebuntur.* n)

13) In-

- n) Ven. Auctori gratam testam mentem pro hac suæ benignioris de me opinionis significatione. Haud inficior, me inter continuas in N. T. prælectiones ad marginem Millianæ editionis plurima, maximeque ex

13) Interim res vniuersa in tuto est. Decisio variantium lectionum in eo consistit, vt differentia codicum Græcorum dirimatur: & eam rem confidere in loco potest iuxta cum partibus vere antiquum vel vnius versionis cuiuspiam suffragium. Tum non multum interest, vtrum versio v. gr. Persica, aut Arabica, Noui Testamenti aut partis alicuius aut periochæ, cum aliis codicibus orientalibus, aut Latinis, ipsisque Græcis, hinc an illinc olim deducta reputetur, & textum Græcum vel immediate, per congruentiam suam cum Græcis, vel media-te, per congruentiam suam cum versionibus immediatis cor-roboret.

14) Nullus me fauor erga coniunctionem versionis Latinæ cum codice Alexandrino impulit ad pondus versionis vlli orientalis, siue plus siue minus in ea valeam, imminuendum. Iustam causam Latinæ potissimum versionis adhibendæ com-memorabo in extremo. Orientalibus quoque versionibus, quod debetur, tribuo in Apparatu, p. 410. 411. etc. quanquam eos codices Græcos, quos & Latinus & orientales interpretes in manibus habuere, multo magis, si existarent, amplecterer, inter-pretesque, qui ex necessitate surrogantur, vltro dimitterem.

§. 7.

In eodem Apparatu *multa* me *præterisse*, *nonnulla falso alle-gasse*, ait Ven. Michaelis p. 28. Respondeo: Collationem ver-sionum omnium neque plenam ac perpetuam promisi, neque talem, quæ mendis Millii omnibus mederetur. Immo fide il-lius,

diligenter a me collatis versionibus Orientalibus, adnotauisse, quæ di-judicandis, illustrandis, emendandis, augendis minuendisue variis lectionibus a Millio adnotatis, inseruire possint: num vero & quando, vel ipse vel Filius meus, desiderio Ven. Bengelii satis facturi simus, Deo & futuris rationibus nostris in totum commitimus. Ceterum Filius meus in Introductione in libros N. T. quæ sub prelo adhuc sudat, §. 12. seqq. de variis lectionibus aliquam multa, quanquam generaliora, adfert, quæ Ven. Bengelio, si quando leget, haud displicitura esse spero.

o) Ex-

lius, aperte, varietates *Aethiopicas*, *Arabicas*, *Armenas*, *Copticas*, nulla sponsione adhibita reposui, vti a laude, sic a reprehensione in hac parte immunis: nec quæsiui, vtrum ex ipsis eas versionibus, an ex Latinis translationibus desumptas haberet. o)

§. 8.

Veruntamen *parciorem* me in notandis orientalium versionum lectionibus fuisse, quam Millium, recte ait Ven. *Michaelis* pag. 43. Fui parcius, (1) quia eas duntaxat lectiones indicandas ex tanto aceruo delegi, quæ non nihil momenti haberent; quo pacto multa versionum seorsum ambulantium putamina præterii: (2) quia variationes grammaticas & idiomata interpretum ac linguarum, quæ S. R. *Michaelis* p. 45 - 51 - 62. perpulcre digestis, fere prætermisi. *Diligentior rursum* fui, quemadmodum idem loqui dignatur pag. 43. (1) quia egomet versionem Syriacam, Latinam, Gothicam, Anglofaxoniam, non perfunctorie excussi: (2) quia egregias ex versione *Coptica* & *Armena* suppetias a *Maturino Veyssiére La Croze* missas adieci; & quidem in iis precipue libris N. T. vbi hæc duæ versiones apud Millium in pauca sunt: (3) quia Ludouici De Dieu, Thomæ Mareschalli & aliorum monumenta multorum mihi locorum lectiones orientales suggesserunt. Neque illa, vt arbitror, lectio versionibus orientalibus falso attributa in meas rationes a Cel. *Michaelis* refertur, quæ non aut apud Millium exstet, aut mox §. 9. aliis præstanta relinquatur. Utitur Millius exemplaribus talium versionum excusis: alii autem, quos adhibui, manuscriptos consuluere codices, qui dissentire ab

excus-

- o) Excusationem hanc lubenter admitto, quatenus fide aliorum variantes lectiones ex versionibus Orientalibus adlatæ sunt: & tamen agnoscat, vt spero, Ven. *Auctor*, me nihil iniquitatis commississe, quod aliquas harum variationum falsitatis argui, si versiones ipsæ, non vero Latinæ illarum versiones inspiciantur, *Traçt. crit.* §. 21. & 35. et si concedam, quod ille mox §. 9. regerit, se fidem aliorum esse fecutum.

C 3

p) Vide

excusis, & tamen bona frugis aliquid afferre poterant. Velle, primo quoque tempore inter opus faciendum distincte notauissim, quas editionum, patrum, versionum allegationes quoquis loco ex Millio, Millii fide, referrem: quid Ladicus De Dieu aliquique sat firmi testes (quorum similis est Michaelis) suppeditassent: quid ego per me obseruasse. Sed nouo id fecisse exemplo, neque omnia simul in mentem veniunt ante experientiam. Sic nullo negotio posset significari, per punctula, v. gr. Aeth. (subaudi, apud Millium:) Aeth. (apud Michaelis:) item, Syr. (in polyglottis:) Syr. (apud Erpen.) Multum profecerint, qui posthac fideli huic admonitioni auscultauerint.

§. 9.

Pusillas de SINGVLARIBVS RATIONIBVS
ATQVE TEXTIBVS obseruationes in medium huncce
coniiciam locum, ad seriem paginarum, quas habet Ven.
Michaelis tractatio.

Pag. 7-17. Eleganter cauſas explicat variarum lectionum. Voculam aut syllabam, bis legendam, ſemel scriptam compluribus locis, confilio potius quam caſui a me tribui dicit p. 8. 10. Caſui quoque adſcribo in Appar. pag. 381. At Luc. 9. 49. in ἐνβαθύοντα δειρόνα syllabam τα ſemel tantum lego, p)

Pag. 8. Pro Βηθφαγή, Βηθφαγή ſcribi ait ob θ adſpiratum. Tali ſibilo diceretur potius Βηθφαγή neque pro η facile reperiā in tam multis nominibus propriis Hebraicis σ scriptum. Allusionem arbitror eſſe ad ſonum Græcum σφαγή. Sed hoc leuiculum eſt. q)

Pag.

p) Vide tamen quae in Tract. crit. p. 10. §. 6. b) attuli.

q) Si Ven. Auſtor audiuerit natos Græcos pronunciantes τὸ Θ in voce Βηθφαγή, credo, non adeo improbablem habuiffet coniecuram meam de voce hac in Βηθσφαγή ex ore diſtantis errore auditus converſa. Hybrida vox eſſet, ſi ex Ebr. Βηθ & Gr. σφαγή componeretur.

Pag. 28. aliquot mihi loca seorsum a Millio adscribit, vbi versionibus tribuerim lectiones, quæ non existant. Sed in his loca Matth. 28, 28. Ioh. 14, 9. Apoc. 19, 3. Milliana sunt. Matth. 19, 16. præuntem habui Saubertum: eundemque citauit ad c. 26, 70. quanquam typothetam eius hallucinatum suspicor. Matth. 18, 7. Marc. 6, 23. C. 10, 21. C. 12, 4. eos, quos supra memoravi, sum fecutus.

Pag. 30. Luc. 15, 30. illud σὸν τὸν βίον in *Latino* factum est *substantiam suam*, vbi *suam* (pro *tuam*) ex alliteratione ad *sub* in verbo *substantiam* per festinationem interpretis aut peruetusti librarii exstitisse, vix dubitari potest. Sic vero habet etiam *Copt. r.* Aliis quoque locis cum *Latinis* cod. congruunt *Coptici*, aliqui certe. Vid. Appar. ad Matth. 20, 7.

Pag. ead. Act. 8, 12. quanquam, pro ναὶ ἐστι, in habent *Lat.* aliqui & *Syr.* tamen, hoc non a *Latino* ad *Syrum* peruenisse, assentior. Apud Syros alibi quoque commutatur *ε* cum *in*, vti apud Latinos.

Pag. 34. Apoc. 17, 8. verbum παρέσταται *Lat.* non legit, certe non seorsum ab ὁδῷ expressit: & quum *Aethiops* illud omittit, *Latinum* fecutus censeri potest, vti Matth. 11, 23. μὴ pro ᾧ s)

Pag. 44. Matth. 15, 3. negauit in *Aeth.* reperiri ναὶ ante παρέσταται. Sed idem *Grabium* ducem citauit, t)

Pag. 46. Marc. 8, 25. πάντα habet *Cant.* ἄπαντα alii cod. Gr. Vti lectioni hanc illamue versionem adiicrem, nil referebat, quan-

tur. Sic Erpenius Gramm. Arab. p. 2. quartam Arabum litteram, quæ τῷ Θ & Thau Ebraeorum raphato ex esse responder per Thſe expressit. Nec tamen abnuo, leuiculum hoc esse.

- r) Potius illud *substantiam suam*, pro *tuam*, est ex v. 13.
- s) Generatim Aethiopia, cum nunquam Romanis subiecta, ab imperii vero Romani finibus remota satis fuerit, Latinæ linguae ignara, non præsumitur versionem suam vel adornasse ex Latinis, vel ei conformasse.
- t) Et hunc tamen ignorum Aethiopisimi, fallum ab interprede *Lat.* vicissimque fallentem,

v) Hanc

quanquam non sine vlla caussa eas diremi. Sic solutum erit, quod Cel. Michaelis hoc loco quæsivit. u)

Pag. 50. Apoc. 18, 20. *Exulta — cælum.* Hoc *Syrus* non nisi plurali numero exprimere potuit: neque inter variantes, vt puto, retulisse, nisi *Latini* quidam haberent, *Exultate — cœli.* x)

Pag. 57. Ioh. 7, 8. non dissimili ratione *Chrysostomo*, qui non ὄντω, sed ἀντὶ νῦν habet, *Syrum & Arabem* adiunxi, quos ὄντω æque legere potuisse, Ven. Michaelis peritè monet.

Pag. 66. Omitunt aliquid, in Matthæo, c. 2, 18. versiones sex, cum duobus tribusue codicibus Græcis, sed latini-zantibus: c. 15, 31., versiones sex, sine Græcis: c. 23, 4., quatuor (& Itala, si Prolegomena Millii probanda sunt,) sine Græcis. Caussam omissionis, quæ in interpretationes, ac non in Græcos codices conueniret, esse censui difficultatem interpretandi ex minore verborum copia ortam. Alienam hanc esse caussam censet Ven. Michaelis. Qui veriorem, omnibus hisce locis congruentem, attulerit, ei assurgam. y) Luc. 17, 10. ἀχρεῖοι omisit Aethiops: difficultate, inquam in Apparatu, interpretandi. Instat Cel. Michaelis: Vix crediderim, quum Matth. 25, 30. idem Aeth. τὸν ἀχρεῖον δούλον verterit, malum seruum.

Resp.

- u) Hanc solutionem dubii a me moti non capio.
- x) Et tamen, cum Latini non omnes, sed tantum aliqui pluraliter legant, *Exultate — cœli*, Syri vero ex idiomate linguae sue non possint altere quam plurali Numero effere, si vel maxime vellent; exemplo hoc condocemur, caendum esse, ne vbi Syro cum Latinis, & multo magis eum horum tantummodo aliquibus conuenient, inde Syriacam versionem Latinæ conformatam esse subsumamus.
- y) Atqui caussam omissionis non esse penuriam linguarum, in Tract. mea critica l. c. satis clare ostendi. Sed & veriorem contra substitui, faltem in primo locorum quæstionis Matth. II, 18. repetens omissionem ex parallelo Ier. XXXI, 15. Idem dicendum habeo de altero locorum Matth. XV, 31. coll. cum c. XI, 5. nec non de tertio Matth. XXIII, 4. coll. cum Luc. XI, 46.

z) Re-

Resp. Apud Lucam sic vertere haud scio an potuerit, vbi notantur *inutiles sibi*, quales per se sunt omnes servi. z)

Pag. 77. *Hoc se vix capere ait Ven. Michaelis, quod afferam, Persicas lectiones, a Syriacis differentes, excellentem redolere antiquitatem.* Sermo meus non erat vniuersalis, sed indefinitus: ac preesse loquebar iis de lectionibus, vbi Perſa, Syriacæ aliqui interpretationis interpres, a solo Syro, cetera hodie documenta relinquente, differt. Talibus in locis germanam antiqui Syri, non interpolatam lectionem, Perſa habuit olim atque reddidit.

Pag. 98. *Veleſianas lectiones penitus latinizare, copioſe demonſtraui in Apparatu pag. 439. cumque dixi, oppido rara eſſe exempla, quæ POSSINT VIDERI diſſimilia, (ſimilia recuſum eſt, alieno ſenſu, in tract. Mich.) quæ non neglexerim: eo conſilio Notas ad 1 Cor. 15, 29. (vbi lectionem Veles. ex N. T. Oxon. A. 1675. retuli,) & ad 1 Petr. 3, 8. pro exemplo allegau, ne quid iis, qui ante hac Veleſianam illam farraginem aliiquid eſſe putabant, neglexiſſe viderer. Nil dicam de aliqua duntaxat etiam Venerandi Michaelis in Velesium indulgentia §. 88. in extremo.*

§. 10.

Reliqua eſt codicis ALEXANDRINI Græci & versionis LATINAЕ vulgatae conſideratio. Patrum allegata promiscua cedunt versionibus, immediatis præfertim; versionibus autem codices mere Græci longe præſtant, vbi tria hæc documentorum genera separatim ſpectantur: id quod præclare demonstrat Cel. Michaelis. Sed vbi ipsi codices Græci aliud, etiam

z) Respondeo: Si Aethiops Luc. XVII, 10. ἀχεῖοι non potuſſet vertere malos, vt Marth. XXV, 30. vertere tamen potuſſe Ηλ.ΡΩΦΟ: qui non utiles ſunt, vt Philem. v. II. ex Greco ἀχεῖος, et Iit. III, 9. ex ἀνωφελής, vel Ηλ.ΔΩΦΟ: ΠΦΟ: in quibus nulla eſt utiles, vt Ebr. VII, 18.

D

etiam vtrinque liquidis versionum patrumque suffragiis stipati, exhibent, ibi criterium veræ decisionis, in quo acquiescamus, nondum habetur expeditum. In Apparatu critico p. 390. hæc Observatio exstat: *Alexandrini codicis & Latinæ versionis collatio, unam breuissimam, certissimam, facillimam decidendi rationem par-tim per se ministrat, partim ad eam dedituc.* Hic scrupulos fate-tur Ven. Michaelis p. 110. adhuc superesse, qui plenarium ipsius ad-sensum quodam modo suspendant. Ego autem obseruationi illi continuo subiunxi declarationem: *Ex omni monumentorum ge-nere, unde variae lectiones petuntur, duo quedam iuuerit desumisse, videlicet Græcum ALIQUAM codicem excellentem, & versionem ALIQUAM insignem: & codicem quidem, Alexandrinum potissi-mum; versionem, Latinam. etc.* Non recusau, quin & pro *Alexandrino* alius codex mere Græcus sumeretur, (quod ipsum iis in partibus, vbi *Alexandrinus* mutilatus est, facere cogi-mur;) & loco versionis *Latinæ* alia versio, vere antiqua, adhi-beretur: quanquam etiam *Rich. Bentleius* summam desideratissimæ sive editionis N. T. in concantu *Latinæ* versionis cum Græcis codicibus, atque adeo cum *Alexandrino* potissimum, repositam habuit. Qui breuiores, certiores, faciliores de-cidendi rationem, aut aliud par testium ad eam rationem aptius eruerit, is rem valde utilem & valde optandam præsti-terit. Evidem de *Alexandrino* & *Latino* non solum causas sen-tentiæ meæ indicaui, sed etiam limitationem exceptionem que legitimam adiunxi. INSTRUMENTVM, inquam, ad INITIA discussionis aptissimum, & quasi discerniculum per-pe-tuum erit *Alexandrini codicis, & Latinæ, præfissine, versionis COLLATIO.* Appar. p. 388-389. Antiquitatem Codicis Alexan-drini B. Io. Henr. Schulzius dissertatione Hale 1739. in lucem emissa vindicauit, & novo arguento comprobauit, vt Cel. Michaelis tra-ctatio narrat in extremo. De comparatione eius cum Roma-no sive Vaticano agit Gnomon pag. 1207. Non tamen de-sunt loca, vbi cod. Alex. seorsum ab interprete *Latino* erret, ex optimis codicibus minus accurate descriptus; quemadmo-dum

dum etiam *Latinus* interpres seorsum a cod. *Alex.* saepe errat. Sed talia loca nihil impediunt: neque a vitiis, quæ singuli codices habent, ad fidem duobus, pluribus, vniuersis admendam IVSTA ET INNOXIA esset consequentia. Menda v. gr. vtrius illorum duorum testium propria post discessione a communi stirpe demum exorta sunt: vbi consentiunt, proprior est cum stirpe communi coniunctio, maior antiquitas, auctoritas ponderosior. Eas fere lectiones coniunctim ignorant *Al.* & *Lat.* quæ per rationes a Cel. *Michaelis* pag. 7. seqq. deductas repulsam ferunt.

§. II.

Opus omnino fuerit circumspeditione, vt ne, vbi Vulg. & Alex. soli incedunt, illorum lectionem pro genuina temere adsumamus. Sic concludit tract. pag. vlt. Resp. Eadem est mea sententia. *Collatio*, inquam, non *consenso*, decidendi rationem partim *per se ministrat*, vbi consentiunt; partim *ad eam deditur*, vbi inter se dissonant: vtrumque videlicet, aliis documentis idoneis vel vtrumque vel ad vtrumque eorum adiectis. Rem satis grauem repeatam, cum distinctiore explicatione.

Obseruatio I. *Lat. in textu excuso & Alexandrinus valde inter se congruunt.* Id totus vtrinque tenor confirmat.

Obs. II. Sæpe etiam cum cod. *Alex.* congruunt MSS. *Latini*. Exempla in Apparatu critico multa occurrunt, quippe qui recognitionem totius propemodum Vulgatae in transitu exhibet. Porro in præsenti, dum hanc ipsam diatriben sub manu habebam, duos codices Latinos MS. membranaceos Vir Celeberrimus, *Io. Georgius Schelhornius*, vltro ad me misit, quorum alter *Euangelistas*, alter, longe præstantissimus, ceteros libros N. T. complectitur. Multa sunt loca N. T. vbi hi duo MSS. iuxta cum aliis, vel etiam præ aliis, ab excuso textu Latino abeunt, & ad codicem *Alexandrinum Græcum* se recipiunt. Exempla affero.

Matth. 25, 44. ἀποκείσονται habet Alex. sine αὐτῷ & , repondebunt, MS. sine ei, quod additur in excusis.

Ioh. 8, 54. ὅτι Θεὸς ἡμῶν ἐστι refert Alex. inde, quia Deus noster est, MS. sed, quia Deus vester est, edd. visitatæ.

Act. 24, 6. 7. 8. Tertulli sermo contractior est in Alex. & in MS. Lat. quam in edd.

Rom. 9, 32. γὰρ omittit Alex. & MS. Lat. sed enim habent edd.

i Cor. 7, 39. γυνὴ δέδεται Alex. & sic, mulier alligata est, MS. sed legi addunt edd.

Philem. v. 2. αἰδελφῇ Alex. vnde sorori MS. sorori chariss. mea edd.

Hebr. 2, 14. αἴματος καὶ σαρκὸς Alex. inde, sanguini & carni MS. manu prima: carni & sanguini edd.

i Petr. 1, 23. εἰς τὸν αἰώνα non habet Alex. neque MS. Lat. Habent autem edd. in eternum.

Apoc. 18, 17. ὁ ἐπὶ τόπου πλέων, Alex. & sic, qui in locum nauigat, MS. manu prima: qui in lacum nav. edd.

Hæc sufficient pro instituto nostro: nam specimen damus, non recensionem. Neque hic decernimus, quæ sit horum locorum genuina lectio: tantummodo probamus, Lat. & Al. inter se congruere, etiam vbi id nondum apparuerit.

Obs. III. Al. & Lat. raro soli incedunt. Hoc patet, si excerpta codicis Alex. a litteratis singulari studio producta, & Latina vel editionum vel manuscriptorum lectiones quælibet euoluantur.

Obs. IV. Vbi soli incedunt, a genuina lectione aberrare videntur. Nullo autem, quod meminerim, in loco, vbi soli incedunt, lectionem eorum pro genuina adsumsi.

Obs.

Obs. V. Sed tamen, *ubicunque inter se congruent, peranimam lectionem, sive sincera sive aliena sit, referunt.* Consensio huiusmodi docet, neque cod. Alexandrinum propria quadam hallucinatione laborare, neque Latini interpretis lectionem ceterioribus demum temporibus esse inuetam.

Obs. VI. Cod. Alexandrinus ad Latinam quidem lectionem aliqui conformatus deprebenditur: sed huius generis loca neque multa sunt, neque nobis officiunt. Præcipua D. Michaelis exceptio hæc est: *Suspitione non caret, codicem Alex. alicubi, vbi a reliquo codicibus Græcis abit, & e contrario Latinæ versioni aut Latino-Græcis consonat, veteri Latinæ (cuius magna iam olim fuit auctoritas, eo quod occidentales ecclesiae illa uterentur) accommodatum esse.* pag. 110. At exempla, quæ collegit, eiusmodi sunt, vt prima mutatio plerumque in Græcis fuerit procliuor, *aut æque proclius; raro autem in Latinis procliuor.* Tertiæ generis exemplum ad iiciam ex Ap. 5, 6. τὰ ἀπεσαλμένα Lat. missi (Spiritus:) & Alex. ἀπεσαλμένοι. Secundi, 2 Cor. 3, 13. τέλος Alex. πρόσωπον Lat. faciem: ex alliteratione ad præcedentia. Primi, 2 Cor. 12, 19. πάλιν pro quo Al. πάλαι, & porro Lat. olim. Meum quoque animum pridem hæc suspicio tetigit, Alexandrinum ex Latino aliquid trahere: sed in eo genere fatis parcum esse, comparatio cum Græcis certo latinizantibus euincit.

Obs. VII. *Vbi reliquæ codicum Græcorum, patrum, metaphrasiarum copie diuisæ sunt, ea pars vincit, cui consensio Al. Lat. palmarum antiquitatē tribuit.* Ibi enim alia documenta, Græca præfertim, euincunt, codicem Alex. non latinizare; & vicissim codicis Alex. antiquitas documenta illa ceteroqui minus antiqua fulcit.

Obs. VIII. Quod si *Copticam* versionem, antiquitate insiginem, cum suis varietatibus tam plene & copiose & liquido discussam haberemus, ea cum alio Græco idoneo codice Asiatico

tico, mea pace, in locum versionis Latinæ & codicis Alexandrii substitui posset, similique ratione adhiberi.

Obs. IX. Veruntamen ad causas, cur Latinam potissimum versionem cum Græco aliquo codice primario coniungendam arbitraver, hanc adieci, quod Latina versio sola in occidente a plerisque omnibus intelligeretur. Pertinet hoc vnicet ad ANIMAS lectorum imbecillas & suspicaces obuio parabilique subsidio PACANDAS, qui orientales versiones consulere non possunt. Erasmus (vt de Complutensibus & Stephanis nil dicam) nullos nisi Græcos Latinosque codd. N. T. & patres in promtu habuit: & tamen partim Græcum textum commode recensuit, partim in annotationibus filuam ei limando vtilem concessit. Postea paulatim accesserunt orientalium versionum suffragia: quibus verum pretium libenter statuimus, quum ea genuinam lectionem Græcam suo consensu firmant, dissensu non frangunt.

Obs. X. Ab iis locis, vbi Al. & Lat. consentiunt, progressus fit ad reliqua, vbi inter se dissonant: eaque rursus lectio palmam obtinet, in qua aut Latinum alii codices Græci præ Alexandriano, aut Alexandrinum aliae versiones præ Latina, & utrumquius alii testes idonei defendunt. aa)

§. 12.

- aa) Declaratio hæc Ven. Bengelii de collatione interpretis Latini & codicis Alexandrini, ad genuinam N. T. Græci lectionem firmandam, veterius expendi meretur. Placet in praesenti, primo, quod Ven. A. non recusat, quin & alius codex mere Græcus pro Alexandrino, & alia versio vere antiqua pro Latina, adhibeantur: quare enim ex codicibus Græcis Vaticanus, & ex versionibus Syriaca simplex, a suffragii iure excluderentur? Placet item, quod mecum consentit, vt ne, vbi Latinus interpres & codex Alexandrinus soli incedunt, illorum lectionem pro genuina temere adsumamus, sed alia insuper documenta idonea vel ad utrumque vel ad utrumquius eorum adhibeamus. Tum vero placet, quod vbi Latinus interpres & codex Alexandrinus soli ince-

§. 12.

Quæ cum ita sint, facile constabit, haud temere confessui codicis Alexandrini & versionis Latinæ, in peruestiganda genuina lectione N. T. non omnia, sed tamen multa tribui: neque egomet video, ecquid solidius alii, qui ipsas decisiones meas prætereunt, (nam Cel. Michaelis hac in parte intactum me relinquit,) producere queant, quo genuinam lectionem textui per typographos propagato vel propitiam vel aduersam vindicent. Hac de re obiter, nec tamen inepte, aliquid dicam. Paucis abhinc annis Gottfridus Christianus Rothius, qui Homilias D. Franc. Iulii Lütkenii in Epistolam S. Iudei suis obseruationibus stipatas edidit, crisin meam ad illam epistolam non semel perstrinxit. Nuper Cel. D. Heumannus in præfatione ad partem alteram N. T. sui Germanici censuit cum B. Wolfio, (cui tamen in Gnomone satisfeceram,) plerasque mutationes in *Apocalypsi a me factas*, haud esse necessarias. Et Annales Theologici ad A. 1738. summam eorum, quæ antehac (*in den frühaufgelesenen Früchten*) contra N. T. Gr. cura mea recognitum prolatæ fuerant, sine mentione Responsionis meæ repetierunt. Omnibus locis me defendunt Al. Lat. cum reliqua antiquitate: vberioremque defensionem adornatam habeo, vernaculo sermone, quo vtuntur dissentientes; sed haud scio, an eam emitte opus sit. Ea est iam annorum curarumque mearum ratio, vt tales disquisitiones, per se non aspernandas, aliis relinqui oportere existimem.

§. 13.

incedunt, a genuina lectione aberrare illos iudicat. Denique placet, quod Ven. Author ipse mecum suspicatur, codicem Alexandrinum aliquid (quoniam parcius, quam codices Græcos Latinizantes) ex Latino traxisse. Atque sic finem his adnotatiunculis impono, gratulatus mihi, si Ven. Bengelio candorem meum probauerо, & ad tuendam N. T. Græci sinceritatem, quæ utriusque nostrum cura est, nonnihil contulisse viuis fuerо.

§. 13.

Alexandrino codice et interprete Vulgato cum aliis textibus ita, ut dixi, coniuncto, obtinetur DECISIO, tanquam finis, cuius causa omnis labor codicum, interpretum, patrum excutiendorum suscipitur, ut non solum cumulatissima inanum varietatum palea dispellatur, sed etiam pretiosissimæ genuinarum lectionum gemmæ, a diurno situ liberatae, nitori suo restituantur, & in usum ecclesiæ producantur.

§. 14.

Quapropter a doctrina & candore Ven. D. Michaelis aut meliorem decidendarum variantium lectionum methodum mihi, aut plenarium iam assensum methodo meæ, cuius limites apertius impulsu illius designauit, pollicor: ac, siue hoc siue illud a viro exercitatissimo impetrabitur, copiarum nostrarum coniunctionem spero utilem fore ad tuendam N. T. Græciæ, quæ vtrique nostrum curæ est, sinceritatem.

F I N I S.



Jc 4324

ULB Halle
003 719 049


3



SLB

10/7
10/18

MÜ



B.I.G.
IO. ALBERTI BENGELII
TRACTATIO
DE
SINCERITATE
NOVI TESTAMENTI
GRAECI

TVENDA.

CVM ADSPERSIS HIC ILLIC
AB EDITORE
CHRISTIANO BENEDICTO MICHAELIS
AD NOTATIVNCVLIS.

HALAE MAGDEBURGICAE
PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA RENGERIANA.

M D C C L.